

BONIFATIUS^{a)} episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus . . abbatissae^{b)} et conventui monasterii in Suseliz ordinis sancte Clare Misnensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod quondam Henricus marchio Misnensis, dum viveret, cupiens terrena pro celestibus et transitoria pro eternis salubri commercio commutare ius patronatus de Suseliz et de Dresden ecclesiarum Misnensis diocesis tunc ad ipsum pertinens vobis^{c)} et monasterio vestro contulit intuitu pietatis, prout in patentibus litteris inde confectis eiusdem marchionis sigillo munitis dicitur plenius contineri⁴⁾. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac provide factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocínio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Laterani id. februar. pontificatus nostri anno septimo.

155.

Papst Bonifaz (VIII.) bestätigt der Äbtissin und dem Konvent des Klarissenklosters zu Seußlitz das Patronatsrecht des Hospitals in Dresden, welches ihnen Markgraf Heinrich von Meißen übertragen hat.

(1301) Februar 28, (Rom) Lateran

Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 1698 (A), seit 1951 verschollen — Provenienz: Seußlitz, Klarissenkloster — Pergament — littera (cum serico) — ohne Bleibulle.

154. a) Bonifacius B.

b) ohne gemipunctus: filiabus abbatisse B.

c) nobis B.

2) Calendar IV, S. 295 f., 530, 540; Bull. Poloniae III, S. 74, Nr. 435; Zutshi, Papal letters England, S. 219 f., Nr. 434; Schmidt, PU Baden-Württemberg II, S. 498–501, Nr. 1065–1071 (Rom St. Peter: 1396 Februar 1, 5, 12, 15, 19, 21, 26–28).

3) Potthast II, S. 2000, Nr. 25013; Reg. de Boniface VIII, Bd. 4, S. 108 (Index chronologicus). — Die Seußlitzer Nonnen traten bereits 1316 das Patronatsrecht der Dresdner (Frauen-)Kirche an den Bischof von Meißen ab (CDS II, Bd. 1, S. 293–295, Nr. 363; vgl. dazu Markus, Klarissenkloster zu Seußlitz, S. 110 f.), was ebenso für Papst Bonifaz (VIII.) als Aussteller von A und für die Datierung zu (1301) Februar 13 spricht.

4) Kirche Seußlitz: Vgl. Beyer, Altzelle, S. 558, Nr. 163 und Schieckel, Reg. Dresden I, S. 271, Nr. 1162 (mit weiteren Hinweisen; eine neue Edition des Stückes wird im Urkundenbuch des Zisterzienserklosters Altzelle [Teil II] erfolgen). — (Frauen-)Kirche Dresden: Die entsprechende Urkunde Markgraf Heinrichs von Meißen, welche 1289 in einem weiteren Dokument erwähnt wird (siehe Kobuch, Präsentationsstreit, S. 183–190; mit Abbildung, Edition und Übersetzung), scheint nicht erhalten zu sein.